



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiae

In Qvinqve Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

Wion, Arnold

Venetiis, 1595

S. Bonifacius III. Festiuitatis S. Mariæ Rotond[a]e, & omnium martyru[m] Christi institutor. cap. XIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38397

S. BONIFACIUS IIII.

Festiuuitatis S. Mariæ Rotundæ, & omnium Mar-
tyrum Christi institutor.

qui

*Fecit in tempore illo festiuuitatem celebrem, & omnis
populo cum eo. 3. Reg. 8.*

Cap. XIII.



MAGINEM Diuæ Virginis MARIÆ, & om-
nium Christi Martyrum in tabula depictam to-
nens, apparet Sanctus Bonifacius 4. in ipso fir-
tim rami principio, eodem quo S. Gregorius ha-
bitu; cuius gloriam æmulatus Anno 610. Lite-
ris ad Phocam Imperatorem missis templum,
quod erat in Vrbe nobilissimum, iam inde à M. Agrippa, sub felicis-
simo Augusti Imperio conditum, & quod simulachrum om-
nium videretur esse Deorum, Pantheon uocatum, postulatit: id-
que adeptus, omni Idolorum superstitione sublata, tertio Idus
Maij, Deiparæ Virginis, & omnibus Martyribus dedicauit. Inde
ædes Virginis, ad martyres appellata, festusque dies, Sanctæ Ma-
riæ Virginis, & sanctorum Martyrum omnium institutus. Hanc
ædem ab æfij forma, S. Mariam Rotundam nunc uocant. *Platina*
in eius uita, & alij.

Eodemque anno conuentu Episcoporum Romæ habito, legibus
habentem monachorum disciplinam coercuit. *Beda lib. 2. hist. ang.
capit. quarto.*

Propriam insuper domum in monasterium uertit, prædiis Pa-
ternis in monachorum alimoniam adscriptis. *Platina lib. 6. Eius*
solemnitas die 25. Maij, recolitur.